

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2523

Auteur(s) : Jean d'Argences, chevalier [autre]

Bénéficiaire(s) : Coutances (hôpital-Dieu)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1291, août

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation par Jean d'Argences à l'Hôtel-Dieu de Coutances, pour son obit, d'une rente annuelle de deux boisseaux de froment à Grosville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° CXXII, p. 115-116.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego, Johannes de Argenciis, miles, pro salute anime mee, parentum et amicorum meorum, dedi et concessi, in puram et perpetuam elemosinam, priori, fratribus et pauperibus Domus Dei Constanciensis, ad obitum meum faciendum in dicta domo post decessum meum, videlicet duos bussellos frumenti, annui redditus, ad mensuram de Podiis, quos michi reddebat et reddere tenebatur Ricardus de Montgruel junior, de parochia Sancti Martini de Grouvilla, super bordagio suo quod tenebat de me dictus Ricardus, habendum, tenendum et percipiendum, de cetero in perpetuum, dictis priori, fratribus et pauperibus et eorum successoribus, ad festum Sancti Michaelis annuatim, per manum dicti Ricardi et heredum suorum seu cujuscunque tenentis predictum bordagium, una cum pertinentiis suis, sine contradictione mei aut heredum meorum de cetero facienda. Predicti vero prior et fratres et eorum successores, seu attorney eorundem, poterunt de cetero suam plenariam justiciam in dicto bordagio una cum pertinentiis pro predicto reddito, quocienscumque neccesse fuerit, penitus exercere. Et ego predictus Johannes et heredes mei tenemur dictis priori et fratribus et eorum successoribus hec omnia predicta garantizare, deliberare versus omnes bona fide et omnino aquitare ab omnibus, salvo jure capitalium dominorum, vel alibi in nostro proprio hereditagio, valore ad valorem, excambiare competenter, si forte garantizare non possemus. Hec autem universa et singula promisi bona fide me fideliter servaturum et quod contra premissa vel aliquod premissorum per me vel per alium non veniam ullo modo. In cujus rei testimonium perpetuum et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno gratie M° CC° nonagesimo primo, mense Augusti.